mu zacharie & salutauit elisabeth. **T**hro  
nu lucas perspererat qd ut aurora fuisset  
sole mane surgente elisabeth ubi uidit uerba  
que pala; prulit speculo suadente. **I**n ma  
rie presentia plura patent latentia elisabeth  
dicente. **I**esus enim qui in utero uirginis  
erat ioannem adhuc in ventre matris po  
siti sanctificare festinabat; **T**emp; anteq

venire Maria & saluaret elisabeth non  
 exultauit in utero eius infans: si statim  
 ut maria locuta est verbis: qd filius dei  
 in ventre suggesserat: exultauit infans  
 in gaudio. Et tunc p̄mū suū p̄ur̄sorem  
 fecit p̄ham iesus. **R. Felix** namq; **O**p̄  
 portebat quoq; Mariam tū prole dignis-  
 sima post alloquiū angeli ad montana  
 ḡscendere: & in sublimiorib; ḡmorari de-  
 buit etiā tū ess; sollicitudine nō pigra pro-  
 perare sollicita & sp̄ritu sancto plena ad  
 sublimiora perducta & virtute dei prote-  
 gi a qua fuerat obumbrata. **Elisabeth**  
 ex ope signor; dat pro pignore mariā inuo-  
 care Quā gr̄a cōstr̄merat & pietas cōmoue-  
 rat vetulā visitare. **R. Nullus** diffidat ho-  
 die ad Mariā confugere sibiq; supplicare. Quā  
**ad laudes**  
**R**esponsoria elisabeth laudant; clama-  
 uit deo cantū magnificando dñs; desir; sum-  
 lona danti. **ā** Tunc exultauit; animus tū  
 ipsius sit filius angelo nunciante ancilla dei  
 credidit; ḡfestim; verbū genuit maria suppli-  
 cante. **an** Vera humiliatio fuit dñi; ḡceptio  
 deo respiciente ex hoc laudabant singuli Ma-  
 riā n̄rem; senili ip̄amet; dicente. **ā** Magna  
 p̄sest; dñs; in mare; virtutib; deū ḡcipiendo  
 fit n̄r; plena gr̄e & implorat̄; venē oib;  
 miserando. **an** Quia trib; mensib; quasi  
 stetit laborib; elisabeth; subdendo; conferebat  
 de angelo & rector; mysterio q̄ protulit salu-  
 tando. **R. Adiuua nos Hym** In mariam  
**Eua** **A**duit̄; visitatio & frequens muni-  
 stratio elisabeth; oblatā Mariā dat; p̄tinā ad

impetranda grām cū fuerit vocata nā nūc  
est ecclē fluctuantis nauimile subditos gu-  
bernando promptos suo regimine dirigen-  
tes flamme dei uos uisitando *De apostol.*  
*De sanctis* *Asstiterunt sup̄ iohānis & pauli.*  
*Ad horas de i. n. Ad vs̄ Laudes & Ad uua.*  
*Hym* In mauiā *Ad Audi filia Euan* *Testi*  
redemptor optime ad mauiā nos impāme  
ut mbi aduocata pati forma nos uisitet sic  
fecit elisabeth p̄ summā pietatē mores & a-  
ctus dirigat et ad celos alligat per grām  
collatā. *Intra octauā uisitacionis In-*  
*uita* *Aue maria hym* sic porta ad noctur-  
nos *an̄ de primo nocturno.* *Lōnes*  
*S*ed & bñdictus fructus uentris tui;  
non generali more scōz bñdictus; sed su-  
per omnia deus benedictus in secula. *Ille*  
in quā uentris fructus per quē & semē  
in corruptōis & sup̄ hereditatis quā  
in adam p̄didimus fructū recepimus  
qui ad saluandūz mūdūz uenit i noie  
dñi merces nra filius & fructus uentris  
bñdictus. *Rur̄ in die.* *S*ancta admo-  
dum elizabeth uetus mulier & noua ma-  
ter ueniente ad se mor ut uidit m̄em  
dñi sui esse cognouit. *S*ed nihil in se  
talis meriti repercutis quo digna fie-  
ret a tanto hospite uisitari dicebat *Et*  
*unde hoc mibi q̄ m̄ dñi mei ueniat ab*  
*me.* *Cap* *De dilecti Laudes* *Dacta de*  
*die singulis noctib; sola.* *R*egem celoz  
geniuita regina penus. *Intra ce* pro no-  
bis ad dñūz iesum dñm filium tuū. *Hymn*  
*In mauiā Eua.* *Ad uuitrix* *Ad hōia* *relique*

de laudib; **Ho vs an** **stredūt sola**, p̄s de b̄ia s̄.

**Q**nde mihi hoc hoc ē **Alia nocte lect**  
 Quantū bonū mihi accidit non co-  
 gnosco meum. **Q**nde mihi hoc: qua in-  
 sticia quib; factis pro quib; meritis: ut  
 veniat mē dñi mei ad me: miraculuz  
 sentio cognosco mysteriuz. **E**t uscula  
 te quid senserit anq̄ cognouit. **E**ne in-  
 quit vt facta est vox salutationis tue  
 in aurib; meis exultauit in gaudio  
 infans in utero meo. **Q**q̄ sancta salu-  
 tatio o q̄ miranda & subitio opatio spi-  
 ritus sancti vt vno eodemq; momēto  
 cū voce salutantis gaudia nascerent  
 paruuli nō dū nati: **D**iatim enī dum  
 vox puenit ad aures corporales virtus  
 spiritual' ex intravit audientis. **Alig**

**I**ntellerit elisabeth eodē quo **nocte lō**  
 impleta erat spū reuelante q̄ exultatio  
 sui signaret infantis illi ad se venisse  
 matrem: au' infans ei' par' sex funicus  
 exiret. **P**otuerūt ne mē & infans  
 ab exultatione vixire quāntūq; mi-  
 raculosa quib; p̄ns aderat p̄ntia re-  
 gnantis & mater dñi redemptoris.

**Q**glosium p̄onus officii qui inter  
 materna adhuc & dufus v̄stera affi-  
 turū iā saluatorēz m̄di quē sm̄cē nō  
 poterat spū prophētico exultans reue-

**O**stupenda digna **Alia nocte** labat  
 no p̄ter nouitē conceptū i mo-  
 tum exultationis p̄impere: ei'q; gra-  
 tantē occurere seruino dulcioris quē  
 v̄tuo virginali diuinitus sensit infu-

**sum**

**A** seculo nō est auditū q̄ exultauit  
quis sic hic paruulus in vtero māt  
**B**ea ta aīa que in vīa p̄tor nō stetit  
sed secretori semita de celestib; officini  
egrediens inaudite ḡfratulationis foen  
ta est dulcedinē **H**ely: elizabeth ad quā  
m̄t̄ p̄erat saluatoris: quā salutationis  
obsequijs relox: imperatrix honozat.  
**S**ed puer multo felitior qui saluantis  
maiestatē agnoscens infra vīstet tene  
brosa volumina exultans in gaudio  
gaudet: q̄ v̄gn tam b̄tē salutationis at

**A**tendit: **S**i dñica infra hanc octa  
uā uenit uij lxx̄s p̄cedentes di  
c̄ pro cantur i p̄mo ii, sequēte in ij.

pter hoc p̄ph̄ssa sp̄s̄io repleta cū qual  
et quanta ess; q̄ ad se uenerat agnouit  
set: & quantū se indignā eius uisitatio  
ne iudicauit p̄ter quaz uirginē m̄t̄  
b̄ndictā & in mulierib; & sanctū eius  
b̄ndictū & gaudū prolis in vtero suo  
contestata fuiss; **E**a que de uirgine  
m̄t̄e per sp̄m in om̄lto didicerat & di  
uina opante potentia absq; ulla ambi  
guitate complenda cognouerat / om̄ib;  
qui aderant palā euangelizauit dicens

**B**ea ta que credit quoniā perficien  
tur in ea que dicta sunt ei a dño. **T**anto  
ergo miraculo cū maria sp̄m quē inter  
cordis sui secreta sūmā plenitudinē re  
dundantez sentiebat p̄ alienū oēs clau  
stra tenebat expulisse: amplius se tenere  
non potuit. **S**ed ad manifestationē  
sp̄s̄ os suū apuit & verbū bonū qd̄ con

repetat crucians ad laude dñi & saluato  
 ris sui exclamauit dicens. Magnificat  
 anima mea dñm Et exultauit spiritus  
 meus in deo salutaru meo. Cui honor &  
 imperium in secula seculorū amet.

**Alia sicut in die sancto.**

**De sancto vdalrico** & Iurauit Hymnste  
 confel. Cui. Iste hō ab ato. Cōmē octauar  
 Inuit Rege confessor. Cetera oīa ut de vno

**C**onfessore & pontifice. **Lectiones**  
**G**regorius cxi confessor vdalricus ex  
 alamanor. pro sapia ex tunc oriundus,  
 Cuius hugobaldus scz archiepiscopus ambo  
 quide secundū seculi dignitatez clari ac  
 nobiles; s; fide atq; diuina religione ml  
 to clariores fuerunt atq; nobiliores. **Qui**  
 talis ac tante prolis secunditate diuini  
 tus dicitur; mox eandē tuncā fidei ad a  
 lendū (ut mos est) comendauerūt nu  
 tria. Vbi inter ipā natiuitatis p̄mor  
 dia celestia nō de fūere auspicia. **Bea**  
 tus yfuitur puer licet blando nutreatur  
 affectu; sed tū macies quedā apparebat  
 in vultu. **Q**ua ex causa diu nūmū  
 tristes eius efficiētur p̄ntes; ac i an  
 gustis illoz p̄cipub; curē versarentur  
 ingentes; quidā hospes p̄grinū officio  
 clericius (secundū qd illoz ostiū semper  
 viatorū patuit) benigne suscipitur; per  
 aliquod t̄pis spaciūz humane tractatur

**Q**um intereum quidā **In sed noctur**  
 die hōca refectiois residens predi  
 ctum nodū duodecī ebdomadarū die ab

culm  
 vtero m  
 no stent  
 officium  
 nois foca  
 ad qua  
 ita nois  
 vnoat  
 lutantis  
 rez; tene  
 iudicio  
 aboīs at  
 ante ord  
 dēntes;  
 uere in  
 nā qual  
 inoūs  
 vifidino  
 i mēz  
 eius  
 suo  
 me  
 & di  
 ambo  
 vmb;  
 dicitur  
 estinen  
 Tanto  
 me inter  
 dicitur  
 v̄s dicit  
 se reme  
 natione  
 nū qd con

ortu ad plenu hntez audiuit inter vagi  
tus vocem emittentes. Ex qua providus  
futuroz tale edidit oraculu. **N**isi iste  
inquit infans fuerit relegus ab lactat  
non potest esse saluus. **Q**uiaq; semel  
& sedo admoniti minus tanti preconis  
dicta vellent exequi: tertia demuz die cu  
pdictu infantulu ac sepe dicendu adhi  
bita aure percensisset adhuc infirmo  
re. hanc presagaz corā oib; intulit vocē  
**S**ciatus pro certo q; nisi qnuo a lacte su  
erit suspensus hac nocte est moriturus.  
**A**t vero si eo quo dixi ordine morte sub  
tractus fuerit magnus in futurū coraz  
dño erit. **H**uius prophete mysteria q;  
lura sint adimpleta non nri soli ejet  
officio designari quod tam assidue ad  
sepulchru eius choruscantib; miracul  
potest probari. **A**nde igitur amonit  
a lacte cepit coepe & aio in admiratio  
ne oim ita phaze ac tycaiquaq; mane  
tib; tantum de suo profectu gaudiū co  
ferre: ut id quod de isaac eiusq; patre a  
braam scriptū est. **C**reuit igitur puer:  
& ab lactatus est scilicet abraam grande  
quiuū in die ab lactationis sue no uno  
grue eius quoq; possit psonē aptari. **Tu**  
**E**uang. **S**unt lumbi **L**aud. **E**cce sacerdos.  
**E**uan **E**uge seue **C**ome' d' octauus. **A**d vs.  
**I**uravit **E**uā. **O** q; vnes **C**ome. octauaz.  
**S**i festum sancti **v**altria vperit i dnica  
agatur de festo ai gmemorati oib; octauaz.  
& dnica. **I**n octaua aploz. **I**st sunt  
duo vni. **H**ym. **F**lurea luce **E**uā. **I**st sunt due

olue **C**omemo. visitationis. de s<sup>o</sup> Goarez  
 Dilabo cum Inuitato Rege aploz h<sup>o</sup>m<sup>o</sup> Et  
 ulter<sup>o</sup> In<sup>o</sup> n<sup>o</sup> an<sup>o</sup> Petrus et ioa. a<sup>o</sup> Qui opa  
 tus e a<sup>o</sup> Claudus an<sup>o</sup> S<sup>o</sup>ao au an<sup>o</sup> Argentin<sup>o</sup>  
 an<sup>o</sup> **S**ihi viuere. ps & x de ap<sup>o</sup>lis. **Maxim<sup>o</sup>**

**G**loriosissimos christiane fidei punta  
 pes anua solēnitate honorantes  
 frēs d<sup>o</sup>ni i<sup>o</sup>h<sup>o</sup> d<sup>o</sup>ni n<sup>o</sup> ac deū nostrū  
 qui hui<sup>o</sup> e auctor fidei debita religione  
 veneramur. Ap<sup>o</sup>li nāq<sup>o</sup> latinosimone di  
 cuntur nulli. **S**imon petre **Q**ui ego  
 honorat nullos manifestū est eos hono  
 rare nūtenē. qm̄ dignitas que defectur  
 ministris sine dubio cu<sup>o</sup> ministri sunt  
 exhibetur. vt aut ipse saluator ad discipu  
 los suos. **Q**ui vos audit me audit. & qui  
 vos recipit me recipit. **Q**ui operans.  
**U**ere beata ap<sup>o</sup>loz merita in quib<sup>o</sup> se  
 christus recipi predicat & audiri. **B**eati  
 nihilominus et illi quoz delata deuo  
 tio ap<sup>o</sup>lis recurrit in d<sup>o</sup>m. **S**i diligis.  
**V**enientes itaq<sup>o</sup> frēs tange hui<sup>o</sup> p<sup>o</sup>mis  
 sionis fidem de supplicis p<sup>o</sup>m̄ n<sup>o</sup>o<sup>o</sup> p  
 ch<sup>o</sup> o<sup>o</sup>essione susceptis fidelib<sup>o</sup> gaudys  
 exultemus. qm̄ qui de m<sup>o</sup>m̄ morte leta  
 tur martyres non dubitat cu<sup>o</sup> ch<sup>o</sup>o re  
 gnare post mortē. **S**ao au **I**n y no. an<sup>o</sup>  
**P**etrus aut a<sup>o</sup> **T**u es mas a<sup>o</sup> **D**ixit angelus  
 an<sup>o</sup> **M**agnus scis an<sup>o</sup> **S**ihi d<sup>o</sup>nis a<sup>o</sup> **B**oni  
 certamen. **N**os estiaz oim̄ reuerentis  
 simos p<sup>o</sup>es petrū d<sup>o</sup> & paulū p<sup>o</sup>ssi  
 mus studys honoremus. quibus christi  
 priante gratia scis e hodie de morte na  
 talis. quib<sup>o</sup> finis vite viuendi initium

dedit quib; (vt ait aplius paulus) viuē  
christus erat: & mox lucas; **E**u es petrus  
erat utiq; eis chrs viuere: quib; vi  
ta non erat sine christo. Erat eis christus  
viuere: q; totuz quod viuēbant christi  
pfiēbat ecclēsijs; **B**onū rem erat  
eis & mox lucas; quozū corruptioni in  
corruptio succedebat: & tāmna pñtuz  
tēp lucra pēpētia sequēbantur. **S**  
Soluē uolente **S**ed iam necessarium  
chri reor vt proprias eoz specialesq; vir  
tutes, pro ut miserōs de; annuit pro  
loquamur. Hic itaq; ille est petrus qui  
cōfitemdo dñz chm dñi dei esse filiu; xa  
lidissima atq; inuicta nobis credendi  
fundamenta cōstituit. **S**ande paulē.

**A**d **Mattheū**  
**T**ertius. Iussit iesus discipulos  
suos ascendere in nauiculam &  
predere euz trans fretū: donec  
dimitteret turcis. Et dimissa t  
ra ascendit in montē solus orare. Despe  
cūt factō solus erat ibi. Nauicula au  
tem in medio mari iactabatur fluctib;  
erat enī gtrarius ventus. Quarta autē  
vigilia noctis venit ad eos ambulans  
sup mare. Et videntes eū supra mare  
ambulantez turbati sunt dicentes. Quid  
fantasma est: & pē timore clamaue  
runt. **S**patimq; iesus locutus ē dicens.  
habete fiduciaz; ego sū; nolite timere. **R**e  
spondens autē; petrus dixit. Dñe si tu  
es uilte me venire ad te sup aquas. **A**t  
ipe ait. **D**enu. Descendens petrus de na

uicula ambulabat sup aquā vt ven-  
ret ad iesuz Videns vero ventū mīdū  
timuit & cum cepisset mecum clamauit  
dicens. Dñe saluū me fac. Et conti-  
nuo iesus extendens manū apprehendit  
eū & dixit ei Modice fidei quare dubi-  
tasti: Et cū ascendissent i nauicula cel-  
sauit ventus. Qui autē i nauicula erāt  
uenerūt & aduauerūt eū dicentes. Vere

**Q**uod filius dei es. *homilia Augustini*  
Om̄i s̄m̄ euangeliū legeretur au-  
diuim⁹ nauicula p̄dicante dxi-  
stum p̄dicantib⁹ subueniente petrum  
uenerūt dño occurrentē. In quib⁹ oib⁹  
miraculū expectauim⁹ mysteriū requi-  
ramus. **¶** Qui regni **Q**uando enī po-  
sum⁹ de diuinis opib⁹ que legūt intel-  
lectū alicui⁹ mystice significatiois ex-  
cipere quasi de abstrusis fauor celis  
mella producam⁹. vel thausi discipulo⁹  
imitantes spicas manib⁹ stricamus.  
vt ad latentia grana ueniam⁹ & in eis  
uicaz inueniamus. **¶** Magnus sanctus  
**A**scendit ergo dñs noster iesus christus  
vt lectū est in monte solus orare: Mos  
alano d̄. Quid enī in hoc mūdo alti⁹  
celo: Quis uero in celū ascendit nouit  
fides uestra. **¶** Petre amas **Q**uā au-  
tem solus ascendit: Quia nemo ascē-  
dit in celū nisi qui descendit de celo fili⁹  
hoīs qui est in celo. quīus & in fine tūz  
uenerit & nos omnes membra sua col-  
legerit & leuauerit in celū: etiā tunc so-  
lus ascendit: qz caput ascendit media

tor dei & hominū hō christus iesus, & ista sūt  
due olive x̄ In om̄i re, **Laud** Petre amā  
an̄ Ego plantavi an̄ Simon iōanis ā S̄c̄  
paulē an̄ Tu es petrus & s̄c̄ iōnis honora  
**Hym** Ap̄lor passio Cūa Glosi p̄na. **Come**  
morano de visitatōe. De s̄c̄o goar̄ Deue  
lyne ad pu. Ista sūt v̄ri s̄c̄i, ad iij. Sapiam  
s̄c̄or̄ narrant ip̄li & laudē eor̄ p̄nunciat om̄i  
c̄t̄ia **Ad vj.** Reddet deus mercedē labor̄ s̄c̄or̄  
suor̄ & deducet illos ī via mirabili, **ad ix.**  
Iusti aut̄ **Ad y v̄s** Iuravit aī 2. **hymn**  
Aurea luce Cūa **I**nsepabilis fides passi  
oq̄ germana laudabilis eos p̄petuaz trās  
misit ad vitā q̄m̄ doctrinā suā m̄ morte  
fortissima ḡserauit **Come** visitatōe  
**Q**uiliam sonorūq̄ eius, oīa agantur  
de visitatōe, & h̄nt solas ḡmemoratiōē  
ad v̄s & laudē, s̄c̄. an̄ Ista sūt s̄c̄i qui pro  
dei, an̄ D̄c̄i p̄ fidem. **I**n octaua visit  
tionis gloriose virginis Marie ad v̄s an̄  
f̄cedunt aī 2. **Q**uasi **C**etera oīa die  
noctūq̄ sicut in die sancto, **Lōne**  
**Q**urgens Maria abijt ī montē  
na ad Elisabeth cognatā suā q̄  
vocabatur sterilis iā semestri p̄gna  
tem aū festinatōe. Et quēadmodū ab  
angelo humillime salutatiōis susce  
perat or̄ḡn̄luz: sic & ipsaz elisabeth sa  
lutauit **E**lisabeth vero ut salutatiōē  
audiuit virginis glōse / repleta sp̄s̄s̄o  
& incarnati v̄bi mysteriū in v̄tro se  
tiens virginali voce magna exclama  
uit & dixit **B**ndicta tu ultra mulieres  
& b̄ndictus fructus ventris tui. **Q**t

vñ in hoc ut veniat nre dñi mei ad me?  
 Ecce eni ut facta est vox saluationis tue  
 in aurib; meis exultavit i gaudio in  
 fanis i vtero meo, Et beatam que credidi  
 sti: qm pñtente in te que dicta sunt  
 tibi a domino. **E**t hoc virgo vene  
 randa in humilitatis spū respōdens  
 illud mirabile cantiq; decantavit **M**a  
 gnificat aia mea dñm Et exul spūs  
 in es i deo sa meo Quia vesti hu anal  
 sue ecce eni ex hoc bea me di omis ge  
 Quia fecit ma qui po ē & san no eius,  
**O** magnū mysteriū **O** admirabile  
 commerciq; **O** ineffabile sacm: vt  
 mires de pignozib; que gestabant vte  
 ris in spiritu presentarent & etiā pro  
 phetarent **E**t ut sancti euāgely pā  
 dit historia, **E**t regina grauida partu  
 gseranda diuino pro humilitatis am  
 pliois signaculo p̄curatoris sui que  
 gestabat filij genitricis grande huma  
 nitatis ipendit obsequium, Quo ipeso  
 gpletog; huiusmodi visitatiōis qua  
 si trū mensuz tempe in domū suaz  
 est reuersa **H**ec ē eni illa de qua sacra  
 canunt eulogia sole amicta lunā hñs  
 sub pedib; stellis coronari meruit duo  
 denis **H**ec est illa q̄ in suis castis viscē  
 rib; celi terreq; portauit opifice **H**ec  
 sola cunctis hēreses tūteremūt: & pro  
 chustiano pplo vt aduocata strenua,  
 & exoratrix peruigil ad reges que ge  
 nuit intercedit. **I**n secundis resp̄  
 te sanctis s; septem fr̄ib; **H**ec est vera

stalia  
 ecce am  
 nis a de  
 honora  
 Come  
 Deue  
 Dapian  
 naromū  
 hoz sōc  
 a ad u  
 Hymn  
 res passi  
 naz trā  
 mox trā  
 fimo  
 fantur  
 rancō  
 qui pro  
 vifia  
 vs an  
 die  
 omē  
 ma  
 a q̄  
 hñs  
 ab  
 usre  
 th la  
 mōz  
 spū  
 reo lē  
 edama  
 ulces  
 Et

Inuit Regē mām & Viri sancti & Hec est  
vera & propter testa Lau. Omis sancti

Euange Tradiderunt  
In translatione  
sancti Benedicti ad  
os sup psal feriales;

**B**enedicere late tibi vir  
sine fine beate nomen  
non fidei fidei manet o  
bndicite a Membra spe  
tu claudis quo factus  
es hostia laudis carnez  
dulcedu du frenas o be  
nedicite an Instar tu chu

patiens ad cuncta fuisi pax & indite  
cultor pius o benedicite a Hic probus a  
ctus mudiq; peripsum factus ia noys  
inuide palma; geris obndicite. **R.** O lau  
danda sancti benedicti merum gloria q  
du pro chro patriā mudiq; sperant pom  
pam adeptus oim gubernuz bnoz Er  
patrieps frus pmoq; eternoz. **X.** Inter cho  
ros gffessor splendidi possidet locum vbi  
ipm fonte omniu inuegit tonozii. **ps**  
**C**he fili **X.** Os vult **Eu.** Magna semp  
& predara deu decet premona au igne  
spemens mudiū fulges inuicta reliam  
o confessor benedicite vota suoz suscipe.

**Inuitat.** Dr chro celebri vrbilem laude  
venite Qui dedit eterne bndicito gaudia  
vite **hym.** Confessor dei. **In pmo noct.**  
**B**enedictus tui noie q; graz mune  
bre e nurcha progenitus claus ful  
sit parentibus **ps** de gffessore an Hic ergo

rome traditus disciplinis scolabus nil  
 scire duxit comodius nisi crucis mysterium  
**an** Quidū suus cum florib' scienter  
 spreuit nescius resurgens ferens stigmata  
 speluncæ petiit abdita **an** Sanctum Ro  
 manus habitus dans illi fert subsidium  
 sed magister inuidie seuit in illū lapide  
**an** In specu sub quo latuit dei miles se  
 recitat sed rex mundi cui militat hunc  
 sacerdote visitat **an** Athleta dei graubus  
 penis ardens exterius hostis in mente ia  
 gula igne restantur ignea **X** Justū deducit

**F**lora sanctissimi benedicti  
 solēntas dno dno pūitate  
 resulget: que fidelium cordi  
 bus et affectu deuotiois au  
 gere & spiritali gaudium as  
 cere consuevit. **F**lorem  
 mundi peritū desperit tanquam audit  
 ut floreat in eternū benedictus ante dnm  
**X** Pennas sumens ut columbe rece  
 sit gaudens requie. **M**erito siquidem  
 tanti pūis memorie idem fideles & gau  
 dent: ut illud pphetiarū impleantur. **O**  
 cite iusto quoniam bene. Et item memo  
 ria iusti cum laudib'. **Q**ue: fletū subse  
 cute gsolatus nutritiue das vbi prece so  
 lidat fugit ne laude pereat **X** **E**longat  
 a nutrice mansit in solitudine. **Q**on  
 stat enī q' omūqueq' scōrū christiana pi  
 etas tanto venerabilis colit: quanto  
 celsius hunc a deo decoratū cognouit  
**A**gnose dei famule surrexit christus  
 hac die assunt quas misit epule cuius

amore patre. **H**ec dies quā fecit dñs in  
qua uiter exultemus. **U**nde & istū pa-  
trem diuino quodā instinctu specialiter  
amat eius memoriā dulcius recenset  
nimir: non nescia q̄ illū om̄is deusi-  
ter summos & electos sancte ecclesie pres-  
mirū inmodum prouexit: & inter sancte  
fundatores fidei ac celestis discipline ce-  
lestes insigniter sublimauit. **Q**uipe que  
sancti spiritus charismate cum miracu-  
lorū signis: tum uirtutū exercitijs ut di-  
gnis mōdō appareret per que excellēti-  
orū multitudines innocuaret ostēdit.  
**S**electo grege mortiferū p̄ni ferēbit potilum  
Sed uir dei signo uite uis cupit tamq̄ la-  
pide. **I**ntendunt aurī suū ut peccent  
innocentium. **I**n y noctur. **I**am latus inno-  
centi quasi lampas emicant fit. **B**ndictus  
celebris frequētur a plis. **A**n. **E**ius ergo  
sub nomine multi decernunt uiuere locis  
florent duodenis fulget ip̄e miraculis. **A**n.  
**N**icno impar heluso eieat ferrū de pro-  
fundo sensus & corda perspicat p̄ns absen-  
tes arguit. **A**n. **M**aurus uerbo uirtens pa-  
tris petri fertur restigys sup̄ liquens elem-  
tum messiq; trahit placidum. **A**n. **F**auēt  
cuncta. **B**ndicto uis sponne manat oleo:  
fugit uita spernit terra eius p̄uatiū. **A**n.  
**A**n. **Q**uanta plen̄tia qui respectu ru-  
pit uincta sedens aruat impia. **B**ndictus  
**U**nde est q̄ & in hac solē m̄a. **I**n secula  
te, & in alijs sancto nomini eius dicitur  
quotiens in anno suis tempib; euenit  
tam deuote tamq; libenter, et ex tantis

partib; ad eius sacrosanctum tumulum tanti  
 accurrunt. **S** cuius dei benedictus stetit mi  
 seris illius qui clamabat. **O** meū o recte  
 recte filiū. **O**rans iacente suscitavit reddidit  
 p̄r qui clamabat. **M**am non solum qui  
 que pagenses, verum etiam plebs urbana  
 nobilib; viris reuera, dextor; etiam hone  
 stis quasi inflorem p̄sonis letabunda q̄  
 fluit; & comune patroniuz deuota te  
 quirit. **B**enedictus q̄ deuotus deo solue  
 bat gr̄as. **I**re videns ut columba celo soxor  
 aiaz. **O**reg; dicit gaudia soxor celo hui  
 in cella. **M**am parui esse desiderio deuo  
 tor; deus prospiceret; si semel in anno so  
 lennitat; eiusdē p̄r fideles coluissent;  
 eristere causas prestat; quib; & alias  
 solēnitates gaudio christianor; adangeret;  
 de sancta videlicet ipsius translatione  
 necnō & tumultatice; que diuinitus  
 esse disposita multa signor; testimēta  
 produunt. **O** isaclia rexus rex in deum  
 dilatatus. **C**ui infra se angustatā vidit o  
 mnez creaturam. **C**eluz quoq; ferri sc̄az  
 germani renens animam. **Q**uo vide  
 licet in loco tanta & (vt ita dixerim) tā  
 mira miracula & in scripto gesta refe  
 rantur; & sub oculis patram noscunt;  
 vt ipsor; fulgor etiam quosq; remotos ad  
 eius reuerentiaz examinare potuerit. **T**u  
**A** hinc pater qui prestans tui sacra m̄l  
 itus hunc p̄notasti fratrib; Tuere nros  
 exitus. **P**er te ducem clausimū vt  
 transeamus ad deū. **A**d Cantū **B**enedictū  
 prophetas condecoremus cunctis qui taz

fulsit in heretia q̄ & doctrine gr̄a. **Euan**ge  
mo luce **te** nos reliquim⁹, ut de s̄o paulo.

**R**espō. **G**randi pater fiducia more ste  
tit preciosa Qui elevatis manib⁹ celos  
scandit in p̄abus. **X** feat chre qd̄ iussisti  
te secutus spe premij. **P**atrib⁹ illuxit  
b̄ndicti que via durat. **P**sq; poluz sut  
gens & multa lampade fulgens. **X** **D**iq;  
super candens nuntiat que sit via p̄des.  
**E**te iā chari noscite q̄ claro scandit  
te amite b̄ndictus qd̄ h̄tera Qui hic reli  
quit oia. **X** **A**cepit q̄ centuplū & vitam  
imperpetuum. **G**loria chuste tuo tibi  
personet i b̄ndicto que faciens te cū s̄as  
regnantib⁹ equi Jam quib⁹ equasti gau  
dentib⁹ assonasti. **X** **P**rog eius norma  
rege serua terge reforma. **Ad laudes.**

**A**gnus precinctus vere fidei bene  
dictus idola dū stravit sedem tibi  
chuste paravit. **an** Huic iubila  
te quo pater ille par fit helie par quoq;  
mosi duz lapis uli flumina fundit coru⁹  
obaudit. **an** Quēq; nō lesit post te d̄na  
tor adhesit v̄q; d̄uid doluit hostis v̄  
occubuit. **an** Laus puerilis hūc b̄ndunt  
qui pueoz per b̄ndictuz corpa v̄re tri  
nus & v̄nus trina reformat. **an** **C**ym  
pana leti thou mens ḡsona conanet  
ori ac d̄m̄ laudet quo serū in ethere  
gaudet. **R** iussu deduxit **hym**. **S**agno  
rantes. **Euan** **B**enedictus es domi  
ne qui benedicti aie duz reli confers gau  
dia glorificas terris membra dum e  
speai quo latuit p̄ te virtus emiaut.

**Ad horas de primo nocturno. Ad vespertas**

**A**rat vere vir beatus timens deum  
benedictus vñ eius in eterna nome  
eius memoria **psalmi de Confesso**  
re non pon) **ā** Coram omni plebe digna  
deo soluit laudis vota cui exerat in conspe  
ctu mox sanctorū piāsa **an** **D**ū clama  
ret benedictus a deo ē exauditus pro quo  
cū pacis hostib; vixit vere pacificus. **an**  
**A**d te deus rex in sanctis qui habitas uti  
celis **B**ndictus semp mundos credis le  
uauit oculos. **Ps** **I**ustus de **Hymn** **T**hree fili

**O** celestis noema vite doctore & dux  
benedicte cui cū dno spūs exultat in cele  
stib; gregē pastor alme serua sancta pte  
coerolōra via celos clarescente fac te duce  
penetrare **¶** **I**ntra octauā sancti **S**ū  
diti **I**mutatorū **¶** **R**egē **¶** **C**onfessorū **¶** **H**ymn **C**on  
fessorū dei **Ad noctur an de primo noctur;**

**A**odem quoq; tpe in specu **Lectio**  
latente pastores inuenerunt **Quē**  
dū restitū pellib; inter scrutata ce  
nerent aliquam testā crediderūt esse;  
**S**ed cognoscentes dei famulū; eorum  
multi ad pietatis grāā a vestiali mē  
te mutati sunt **¶** **R** **V**idetur **S**dm **o** **o** **d** **u** **m** **e**

**N**ome eius itaq; p' viana loca cun  
ctis innotuit **F**actūq; ē vter illo iam  
tpe a multis frequentari cepisset **Q**ui  
cum ei cibos deferrent corpus; ab eius  
ore in suo pectore alimenta sumebant  
vite. **¶** **Q**uatin; vero die dum solus es  
set tentator affuit. **¶** **R**am nigra par  
uaq; auis que vulgo meuiā vocat



tutū m̄gr̄ d̄n̄e & per Moysen p̄cipitur  
 vt leuite a viginti quinq; annis & su-  
 pra ministrare debeant: ab anno vero  
 quinquagesimo rusticos vasoz fiant.  
**In sc̄do hoc Cap.** Quis vir quinuē. **Oratione**  
**Intercessio ad Lau.** Nimis p̄uictus. **Sola**  
**Relique ad horas.** **Cap.** Dedit d̄ns & iustu  
 deduxit. **Hym.** Sagnia **Euā.** Benedicti  
**Ad vs sup ps feria.** singulis dieb; vna ex  
 istis. **Maurus** v̄toā. **Quarta a B̄ndi**  
 ctū prophetas. **Hym.** Christus fili **Euā.** O  
 celestis vel **Magna semp.** **O** **Diua** m̄stra  
 octaua; sancti benedicti sit sola cōmemo-  
 ratio de octaua **Cetera** omnia de diua.  
**Margarethe.** & Concupit. **Hym.**  
 Iesu corona **Eu.** Dile ē enī re te hōi. **Cōme.**  
**de octaua.** **Inuita** Regē virginū. **Cetera**  
 sic de virginib; hētur **Euā.** Dile est re te.  
**Laudē.** **Hec ē virgo** **Euā.** Quinq; pri **Com**  
 memoratio octauae. **Ad horas** laudes. **Ad**  
**vs** v̄di speciosam. **Cap.** de diuisione  
 ap̄toz & sic in oclē **hym.** Exultet. **Fruis**  
 honorati **Euā.** Euntes in iudm v̄ de ascen-  
 sione d̄ni. **de sancta Marguetha** Pulch  
 facie **de octaua.** **Inuita** Regē ap̄toz  
**hym.** **Eterna** christi **Cetera** ut hētur de ap̄lis  
**C**onsiderans itaq; d̄ns. **Lectioes**  
 n̄r̄ iesus x̄p̄s vexationez om̄iū &  
 negligentia pastorū; poterat dice  
 discipulis suis. **Messis** quide; multa; id  
 est: **Multitudo** p̄parata ad hoc q̄ p̄ fidez  
 colligatur. & in horreū reponatur. **In**  
 de & alibi. **Leuate** oculos v̄os & videte re-  
 giones q̄ albe sunt ad messes. **Operari** at

pauca id est doctores & predicatores veri re-  
spectu multitudinis tante querebant.  
Quia adhuc nodum predicauerunt christi  
discipuli. **M**essis est turba credentium in  
qua nuda sunt grana tunc paleis: quia nunc  
boni tunc mali, sed in futura missione  
separabuntur. **U**t enim vno modo mes-  
sis collectio hominum ad fidei. Alio modo colle-  
ctio fidelium ad retributionem. **O**perarii  
sunt in ecclesia qui quoniam opus non  
operantur, omnis non honore, gratias non de-  
mas, prodesse non preesse. **S**ed pauca sunt  
operarii sed multi mercenarii, pauci ope-  
rarum salutem animarum querentes, sed multi  
questionarum lucrum temporalium quere-  
tes. **In ij. nocte.** **E**t ideo rogandus est dominus  
ut operarios multiplicet & mittat eos, quia  
sunt qui bona audiant, desunt tamen qui  
dicunt. Rogare ergo dominus messis id est  
me: quoniam secundum quod deus sum dominus messis.  
**E**t mittat operarios in messem suam  
id est predicatores ad erudiendum populum  
quia nullus fit aptus ad predicandum ver-  
bum diuinum nisi per gratiam dei & ab eo mis-  
sus immediate vel mediate. **E**t ecce opti-  
ma & necessaria oratio quam quotidie facere  
debemus deo ut mittat operarios inquit non  
ut ipsi se ingerant sicut fures & latrones  
faciunt: in messem suam id est in salutem  
animarum. **N**on hoc enim mirum est. **S**ed mul-  
ti falces suam in messem alienam, scilicet in mala  
mittunt ad que non diriguntur. **D**omi-  
nus mittere prouidet: & tamen rogari vult:  
& hoc propter rogantium excitanda chari-

tatem / & augendū meritū ; quatinus fi-  
deles sui non solum de oratione / ver etia  
de affectu & voluntate remunerarentur  
Ex hoc patet quod licet deus velit aliquid fa-  
cere / vult tamen quod pro hoc a iustis exorari.

**I**n Conuocatis iesus dixit **Lucam**  
decem aplis dedit illis virtutē & potēte  
super oia demonia : & ut languores cu-  
rarent. Et misit illos predicare regnum  
dei & sanare infirmos : & ait ad illos  
Nihil tulcritis in via neq; virgā neque  
perā neq; panē neq; pecuniā : neq; duas  
tunicas habeatis. Et in quacūq; domū  
intraveritis ibi manete : & inde ne creati  
Et quicūq; nō receperit vos exeuntes de  
ciuitate illa etiā puluere pedum vrorum  
exiite i testimoniu sup illos. Et cressi  
aut arcumabant per castella euangeli-  
zantes & curantes vbiq; **Honi Bede.**

**Q**uoniam prima p̄te signoz misit  
dn̄s discipulos predicare regnum  
dei : vt promissoz magnitudine at-  
testaretur etiā magnitudo factor; fideq;  
verbis daret virtus ostensa : & noua fa-  
cerent qui noua predicarent. **Q**nde  
nūc quoq; cū fidelium numerositas excre-  
uit intra scām etiā multa sūt qui vir-  
tū virtutū tenent et signa virtutum  
nō habent; q̄ feustoz miraculūz foris  
ostendunt; si desit qd̄ intus operentur.

**I**uxta m̄gr̄ gentiū vices lingue in  
signis sunt non fidelibus sed infidelibus  
Et ait ad illos Nihil tulcritis in via;  
neq; perā neq; panē neq; pecuniā neq;

duas tunicas habens. **S**olet quæri quò  
matheus & lucas commemoraverunt dixit  
se discipulis dñm vt nec virgam ferrent  
cum dicit Marcus. Et precepit eis ne qd  
tollerent i via nisi tm virgam. Quod ita  
soluitur vt intelligam⁹ sub alia signifi  
catione dicta virgã q̄ scdm Marcum fe  
renda est: & sub alia que scdm Matheuz  
& Lucã nõ est ferenda. **Laud** hoc est pre  
Eua. Estote fortes **Comemoratio octauæ**

**In y vis** iuravit Eua Illi aut profecti  
**De Sancto q̄ Alexio añ** iste cognouit  
**Comem. octauæ.** **Cetera de vno ḡf. ñ po.**

**A**dit vir romæ magnus & no  
bilis Eufemianus noie diues  
valde & primus in palatio im  
peratoris. Erantq; ei tria milia  
pueri qui zona aureis cinge  
bantur: & scias induebantur  
vestimentis. **N**ic naq; erat iustus & mios  
elemosynas multas pauperib; erogans.  
Ter naq; p singulos dies mense parabat  
in domo eius orphanis viduis peregru  
nis & uer agentib;. **H**ic vero ad horaz nonã  
comedebat cum uiris religiosis. **M**ulier  
aut eius Aglaes noie religiosa & timens  
deuz fuit & nõ erat eis filius eo q̄ esset ste  
rilis vñ merentes erant & tristes eo q̄ pã  
tar substantiar ac familiar nullũ hrent  
heredem. **E**t ideo imensas quotidie laz  
gicabantur elemosynas: orationib; quoq;  
et obsecrationib; uisistentes deũ depcaban  
tur vt daret eis filium qui succederet eis.  
**Q**uoz deus scdm bonitãtẽ suã ḡtatio

ne aspiciens reconditus opm suoz exau-  
 diuit eos & dedit eis filios. **Que** vtrane  
 runt **Alexii** **L. 9.** **Q**uer vt ad eta-  
 tem discipline congrua puenit tradide-  
 runt euz ecclesiasticoz sacramentoz ac li-  
 teraluz disciplinarz mgis: & in deo la-  
 gente edoctus e vt in oib; & maxime  
 spualib; floretet studiis. **Q**um autem  
 tempus adolefcente agensisset vt eu-  
 nuptialib; infulis aptu iudicassent: e-  
 legerunt ei puella ex genere impiali  
 & conauerit thalamuz: & imposita sut  
 eis singule corone in templo sancti **Bo-**  
 nifacii miris p manus honoratissimo  
 rum sacerdotuz: & sic euz gaudio & leti-  
 tia leti dixerunt diem. **T**espe aut  
 facto dixit Eusemianus filio suo **Alexio**  
**I**ntra cubiculuz fili & visita sponsam  
 tuaz. **V**t aut intrauit cepit nobilissi-  
 mus iuuenis & in christo sapientissim<sup>o</sup>  
 instruere sponsaz sua: & plura ei sacra-  
 menta disserere. **Q**uinde tradidit ei  
 annuluz suuz aureuz & renda id e caput  
 baltei quoangebatur inuolutu i bian-  
 deo & purpureo sudario: dixitq; ei. **S**us-  
 tate hec & conserua vsq; dum dilo pla-  
 queat: & sit dnus inter me & te. **Euan.**  
**S**i quis venit ad me. **Laudes.** **I**ustia ded.  
**Euan.** **I**ustus cor suu. **Comme.** **Octau.**  
**Ad respice** **Joanndus** **Cap de sco** **Benedicto**  
**aliq; sic in die.** **de sco alexio** **Iste sco digno**  
**R**ummulus abbas gregis sibi  
 missi opne custodias seruans;  
 & lectioi assidue studiu dans inter rete

ra reperit in libris bñ ac p̄cellenissimi  
viri Gregorij romani anastasijs quò sc̄us  
ac deo dilectus Benedictus agonis sui  
cursum in teneventana puina q̄summa  
uicit. Recordansq; qz isdem venerabilis  
pater oraculo diuino admonitus videns  
futuros casus p̄dixit illud monasteriũ  
funditus euerendum: & qz ille spiritalib;  
iste patratũ carnis q̄spicietur oculis mi  
sit ad p̄dictã puinã vñ ex omilitomb;  
noie flulsum monachũ. **H**ic namq;  
sibi fuisse reuelatũ diuinitus dicitur vñ  
p̄dictus vir illuc p̄gens corpus sancti be  
nedicti ad suũ cenobiu; floriatũ transser  
ret. Fuit naq; idẽ flulsum venerabilis vir  
& deo omnimò placere gestiens. **N**on dis  
par interea in Cynnomania vice appa  
ruit visio vt sc̄z pergentes & ipi in eandẽ  
puinã corpus transferrent sororis Bene  
dicti Scolastice noie vt quos vnus vene  
hatebat spaciũ: simul transferendi osten  
derentur. **Q**um ñ vtrũq; laborarent  
quatenus visiois manifestate nõ segnes  
exeratores inuenirent: paucis diebus  
transactis a sup̄dicta Cynnomania vice  
egressi oraculo diuini auditores capelũt  
iter italiã ducens. **I**n y noctur. **Q**uere  
rentesq; in monasteriũ floriatũ hospita  
di gra q̄pererunt p̄fati venerabilez virz  
flulsum p̄ceptis abbatũs sui obsequete  
id est velle iter arripere. **A**gitur tũ de  
creto ceptũ opus simul statuit pagere:  
unctiq; simul tãdiu indiuuibilitẽr sibi  
adhesere: quousq; romã venientes beati

**P**etra la silita exatur i ntrarent **Q**an  
 dem itaq; aguilhus fauente deo puenies  
 ad austru; missini ibide inuenit loci exte  
 rius quide; vile: interius aut rempente  
 magni pti; margaritas, p; forib; aut pe  
 tre stipe; posita p;fixa erant notamina  
 quoz; interius busta iacerent **H**is (sicut  
 diu desiderauerat) inuenis patefacto a la  
 tere euacuatoq; locello thesaur; inueni  
 vni<sup>9</sup> sportule condusa sinu **S**orq; cu  
 festinatice retrogradū iter accipientes  
 festinato simul regredi curabat; portan  
 tes quas inuenerant dono diuino p;iosif  
 simas margaritas **O**ia alia sicut in die,  
**¶ Rogasti, & iuravit hym** **I**ste g'f' eu,  
 Sacerdos, victoris & sonoz; **S**icut e' rex de  
 sa; p;axede dile e' re ce fugene, **I**nuita ke  
 ge confessor; **E**uāge; **D**igilate, **L**audes  
 Ecce sacerdos **E**uā **C**ui diu de s'co victore &  
 Tradiderūt **P**axedis, **V**eni electa, **H**o; s'c  
 iuravit **¶ Cap; de s' Maria Magdalena,**  
**& Agessit hym,** **J**esu chuste **&** **A**dmirabit  
**S**uauissime vniuersoz; dne mia **E**uā,  
 cum p; missime qui oia sub p;ito geludis  
 vt oim miseratōe miseraxus miser tuoz;  
 in oib; miseraminu; nos memozes te pi  
 etatis nimie te fonte rogamus suplices  
 vt apud te potēti beate **M**arie magdale  
 ne suffulti precamur eius te solū exemplo  
 mercamur diligere multū vt & remittas  
 nobis q; heu i multas tibi soli precamur  
 multū **de s' Rogasto** **O** q; v'ne, **I**nuita,  
**S**tellam thustuz; matuina; **Q**ue marie  
 illuxit voce mente adorem **Hym;** **V**otua

**In**gressus iesus domū simonis pha  
risei cum egrotis medicus disarbit & ece  
maria mulier egroti in domū ad medi  
cū saluus desiderio facta impudens aucta  
eter irrupit **an.** Que dū lachrimosa ad  
eū medullitus ingemuerat a peste mor  
turatur qua misere languerat septe  
quippe nequius verbo medicus effuga  
tis igniuit cor eius incendio ardentissime  
charitatis **an.** Incendit plene maria pec  
cati rubiginē q̄ assit tam incompabili  
p̄ inextinguibiles sanctissime dilectionis  
igne **an.** Considerauit quod fecerat & no  
luit moderari quid faceret **an.** Sup̄ qui  
uantes ingressa inter epulas lachrimas  
obtulit **an.** Sauls terrena gaupierat sed  
hos iā p̄ p̄nias oterens fletat **X** Diffusa ē

**A**udistis in euangelio fratres  
charissimi q̄ requiescente do  
mino in domo pharisei venit  
mulier que erat in ciuitate  
peccatrix deserens seors̄ ala  
lasciū vngenti; & stans retro  
secus pedes eius lachrimis rigabat pedes  
eius; & capillis suis tergebat; & vngelat  
vngento. Non mediocre sit hoc myste  
rium. **S**eptem q̄ demonia maria ha  
buit que vniuersis vicijs plena fuit h̄ ege  
q̄ turpitudinis sue maculas asperit. La  
uanda ad fonte nūc natiuitatē quauantē  
non erubuit. **Q**uia semen paz grauitē  
intus erubescit nubi qd̄ fons veracitudo  
retur esse credebat. **Q**uoniam q̄ in do  
mo pharisei hoc est in synagoga dñs re

cum letat: nō requiescebat. Quem ad mo-  
 dū autē dñs in synagoga requiescere po-  
 terat in qua humiles et getim super-  
 quez requiesceret inuenire nō potuit.  
**A** nulla pforata est leuathan maxilla  
 p au<sup>9</sup> foramen subtrahit es Maria adiu-  
 ua g nos qui vt qui in illā madim<sup>9</sup> pec-  
 cando te mutantes valeam<sup>9</sup> subtrahi pe-  
 nitendo. **D**iuina mia te interueniente  
 non solū nos i os leuathan ue phitrat.  
 s; ab ore enā redire conecar. **D**eni. **A** tte  
 mulier peccatrix. **Q**ue ē ista mulier ni-  
 si etiā genub<sup>9</sup>. **Q**ue peccatrix erat qz  
 diu ei non aduenerat remediū pccoz.  
**A**t vbi venit dñs accessit ad baptisimū  
 & facta est sine macula sine ruga. **Q**u-  
 is instantes laudib; maria magdalena  
 qñs vt attendatur i nobis ille zelus dile-  
 ctionis & ardor compunctiois quo tu fer-  
 uetas. **Q**ñ pedes iesu lacrimis rigabas  
 & capillis tergebas. **Q**uot enī in te ha-  
 buisti oblectamenta tot de te inuenisti ho-  
 locausta. **A**gnū etenī immaculatū se-  
 quendo deposuit omis maculas pccozū  
 pccatū peccatrix secus pedes ihesu. **P**ec-  
 cator ad pedes iustus accedit ad caput.  
**C**elestis medicus egra quā sanauerat  
 per pietatis sue sniaz confirmat. **F**ides ma-  
 inuens te saluā fecit inde in pace. **F**ides  
 etenī saluā eā fecit que horiqd postulauit  
 posse ab eo pape non dubitauit. **I**n y noct<sup>r</sup>  
**I**ntentens pccoz maria vñū quod est  
 necessariū soroziq; linuens arma frequē  
 munisteriū secus pedes dñi sedebat & verbū

illius semper audiebant **an** Fundans hō  
in saphyris rex christe altissime ac propu  
gnans iaspidib; re ex fide scientib; memor  
raab & babilonis cū maria magdalena  
confer nobis que & illis pietatis magna  
lia vt ex corde penitentes nos alienigenas  
his quandoq; tollerari miserator p̄ficias.  
**an** Iesus dūz vocat Maria p̄ sorore; nun  
nam surgit illa cito & exiit ei obuias & cui  
venisset vbi erat ad pedes eius plorans  
p̄ciderat **an** Maria ergo accepit librā yn  
genti nardi pistia p̄ciosi & vnxit pedes iesu  
et capillis suis extersit & domus impleta  
est ex odore yngenti **an** Cum esset betha  
nie iesus venit Maria hñs alabastrum  
yngenti nardi spicati p̄ciosi & fracto a  
labastrō effudit sup caput eius. **an** me  
dico vobis vbiq; predicatū fuit hoc  
euāgelū in toto mundo dignetur & q̄ hec  
fecit in memoriam eius **S**perate tua &  
**D**errator lacrimis lauit pedes dñi  
dustus aut omne corpus eius p̄cio  
so p̄fudit yngento. Sed ignarus  
mysterij phariseus dicebat intra se **H**ic  
si esset p̄pha sciret vng; que & qualis es  
set que tangit eum **A**mbrosii hic re  
vera locuz verus terroꝝ humilis nubile  
sibi & pasua quesiuit in meridie qñ sup  
celestis ille transmigrationis Iordhuz in  
corde Marie penitentiis qd ab esu carnali  
um desiderioꝝ ex toto relictus temperatū  
inuenit **D**electabitur tam desiderabiliter  
requiescere **A**d ipsius quippe mentē exul  
tim confugerat quā post diaoꝝ ignes pe

nitente temperies refrigerabat. **T**alis  
 iste incredulus estimabat dñm a se dele  
 peccatores expellere. **Q**ui enī venerat  
 non vitare istos; sed p̄tiores; quō pote  
 rat p̄tiorū consortia declinare. **A**cessit  
 ad pedes iesu peccatrix multa materia. Et of  
 culata ē & lauit lacrimis & tenuit capillis  
 & unxit ungento. **D**imissa sunt ei peccata  
 multa qm̄ dilexit multū. **N**on conquin  
 natur a p̄tiorib; qui tactu corporis sui pec  
 catores emulcat; fons eternus nō potest  
 sordidari; sed mundat & sua abluit un  
 uersos. **P**ost hec querela est retrossi vt vi  
 deret iesum & q̄ amabat & adhuc de resurre  
 ctione dubitabat. **V**idebat quidē sed nō co  
 gnoscebat eū. **Q**uē illi nimirū amor ostē  
 derat & dubitas quis esset absconderat. **D**i  
 conuersus dñs ad mulierē dixit si  
 moni. **V**ides hanc mulierē? **I**ngraui in  
 domū tuā aquā pedib; meis nō dedisti  
 hec autē; lacrimis suis rigauit pedes  
 meos; & capillis suis tenuit. **L**auit au  
 ste; & fugauit aquilonē qm̄ lauit cor marie  
 penitentis imbz; sanatis suis liquefacit &  
 reseruit. **R**esoluta in lamentis verbū nullū  
 relinquit. **F**luminis impetus letificat cau  
 tatem dei. **A**d Cantū. **D**ixit iesus maria;  
 conuersa illa dixit ei ratoni & dixit ei nol  
 me tangere nodū enī ascendi ad p̄s; meū  
**T**u t. **R**ogabat **L**uca alla alla  
 iesu; quidā phariseus ut man  
 duicaret cum illo. **E**t ingressus  
 domū pharisei discubuit. **E**t ecce  
 mulier que erat in ciuitate pecca

trix vt cognouit q<sup>ar</sup> retribuit in domo  
pharisei attulit alabastrū vngenti;  
& stans retro secus pedes ei Nathyrimus  
cepit rigare pedes eius: & capillis capi-  
tis sui tergebat & osculabatur pedes ei  
& vngento vngelatur. Videns autē pha-  
riseus qui viderat eū aut intra se di-  
cens. Nisi esset ppha sciret vniq; que  
& qualis ē mulier que tangit eū: quia  
peccatrix est. Et rñdens iesus dixit ad  
illū. Simon habeo tibi aliquid dicere.  
Ist ille ait. Et rñdit iesus.  
Quo debitor es erat auidā feneratorū  
vnius debetis denarios quingentos: &  
alius quinquaginta. Non hñab ill  
vnde redderent donauit vtrūq;. Quis  
g eū plus diligit. Et rñdens simon dixit.  
Estimo q; is cui plus donauit. Ist ille di-  
xit. Recte iudicasti. Et quesius ad muli-  
erem dixit simoni. Vides hanc mulie-  
rem. Intraui in domu tuā aquā pedib;  
meis non dedisti; hec autē lachrymis ri-  
gauit pedes meos: & capillis suis terxit.  
Osculūz mibi nō dedisti; hec autē ex quo  
intraui nō cessauit osculari pedes me-  
os. Oleo caput meū nō vngisti; hec at  
vngento vngit pedes meos. Propter  
quod dico tibi remittuntur ei peccā mul-  
ta qm dilexit multū. Cui aut minus  
dimittitur minus diligit. Dixit autē ad  
illaz iesus. Remittuntur tibi peccā. Et ce-  
dite intra se. Quis est hic qui etiā peccā  
dimittit. Dixit at ad mulierē. Fides tua

te saluā fecit vade in pace **ho. Grego.**  
**O**gitana mihi de Marie pnia fle  
 magis libet q̄ aliquid dicere. **Cu**  
 us em̄ vel sacruū pectus ille hui  
 penatris lachryme ad exemplū peni  
 tendi non erossiant. **M**aria plorans  
 ad monumentū foris stabat & flendo se in  
 clinans ī monumentū tenuo prospiciebat,  
**Q**uāuis quidē variū viderat ī itez vi  
 dere desiderabat. **S**ed sufficiens sibi semel  
 asperisse vis amoris multiplicauit in ea ī  
 tentione inquisitionis. **C**onsiderauit qd  
 fecit & noluit moderari quid faceret. **Su**  
 per quatuor ingressa est: nō iussa vīt  
 inter epulas lachrymas obtulit. **D**icit  
 quo dolore ardet que flere & inter epulas  
 non erubescat. **V**idit maria duos ange  
 los in albis sedentes, vnū ad caput & vnū  
 ad pedes vbi positi fuerat corpus iesu. **D**i  
 cunt ei illi mulier quid ploras. **R**espondit ei  
 quia tulit dñm meū & nescio vbi positi  
 erūt eū. **H**anc vero quā **L**ucas pecca  
 trice. **J**oannes maria; noīat illam nig  
 riā credimus esse de qua **M**artius septe  
 demōia eiecta fuisse testat. **E**t quid se  
 ptez demonys nisi vniuersa vicia desi  
 gnantur. **E**st iesus diuine nūe beatā  
 maria q̄ lacians lachrymis maculas cri  
 minis susceptoris sui tenet vestigia ac p̄  
 ua sua derelinquens iuncta huic post hec  
 assidebat verbūq; illi audiebat. **P**uienti  
 adhezerat mortuū querebat. **P**uienti tēpe  
 rit que mortuū quesiuit. **C**antūq; apd  
 eū loū gr̄e iuenit vt hūc ipis quoq; aplis

terax eius apia resurrexisse nunciaret. **Di**

**Q**uia enim septē diebꝫ omne tempus  
comprehenditur recte septenguo nu  
mero vniuersitas designatur. **Septē** ḡ  
demonia maria hūit que vniuersis di  
cuis plena fuit. **S**ic et turpitudinis  
sue maculas aspexit. **l**auāda ad fontes  
nūe auerit quūiātes nō erubuit. **R**

**S**umme peccator chre iesu & susceptor  
peccatorꝫ qui maria peccatrice ḡ miserans  
liberasti rabie septenaria spūum malignoꝝ  
tu i digito dei eyciens a nobis oīm vicioꝝ  
demonia **C**onfigna corda nra peccatis se  
piformi tui spiritus sancti monia. **X**

**C**onferens nobis miseratꝫ p̄ Marie in  
tercessionē xra de pctis nris p̄uiaz & re  
na sablati **Laudes. C**hussionem.

**M**aria magdalena venit mane rū  
adhuc tenebre essent ad monume  
tum iesu alla **an** Videns lapidē sublatū  
a monumento Maria auerit & vēit ad  
simonē & petriū & ad aliiū discipulū &  
dicit eis tulerūt dñz de monumento alla

**an** Stans autē foris plorans plorans in  
clinauit se & prosperit i monumento Ma  
ria & vidit duos angelos in albis seden  
tes al' **an** Dicunt ei illi mulier quid plo  
ras dicit eis q̄ nulerunt dñm meuz & ne  
scio vbi posuerūt eū al' **an** Hec rū dixisti  
querisa est retroesū & vidit iesū stantez  
& nesciebat q̄ iesus est. **Eua** **D**ixit  
ei iesus mulier quid ploras. quē queris.  
dicit ei dñe si n̄ sustulisti eū euz dicit n̄  
vbi posuisti eū & ego euz tollam al' alla.

**Ad horas de in ad vs Landes Cua.** **A**de  
 lus sermo & omni accepta dignus q̄ chi  
 stus iesus x̄it in hunc m̄dm p̄tiores saluo  
 facere & qui nati dignatus est de Maria u  
 fine tangi nō dedignatus ē de Maria pec  
 catrice her ē illa Maria cui dimissa sunt  
 peccata multa q̄ dilexit multū her  
 est enī illa Maria que resurgente a moe  
 tus p̄ma oīm videre meruit dūm n̄m  
 iesum x̄m que pro n̄ris reatib; orat q̄s  
 in eternū. **¶ Appollinaris m̄is, añ De**  
**atus vir, Inuita Regē m̄m & Iste s̄us &**  
**Iustus ger & Desideriū Lau, Qui me cō**  
**Cua, hic vir despi & Christine virgi**  
**ā Veni sponsa, & Veni sponsa & Spece**  
**tuā & Dile ē regnū ce x, Land her est iugo**  
**Cua, Quinq; p̄ude, ¶ Jacobi apli &**  
**Tollite hym, huius diei Cua Ecce ego**  
**mitto de s̄o christophoro añ Qui vult,**  
**Inuita Regē aploz Cetera s̄i de apostolis,**  
**A**postolus d̄m n̄r̄i iesu x̄i iacob  
 frater ioh̄nis euangeliste om̄es  
 iudeaz & samariā visitabat. In  
 grediens autē p̄synagogas s̄dm  
 scripturas sanctas ostendebat om̄ia a  
 p̄phis p̄dita: que in d̄no n̄ro iesu christo  
 impleta sunt. **A**ccidit autē vt quidam  
 hermogenes magus discipulū suū phi  
 letū n̄n̄tē miteret ad euz, **Q**ui cum  
 venisset cū aliquāns phariseis ad iaco  
 b̄ū conabatur asserere q̄ non esset x̄us  
 dei filius iesus christus nazarenus: cui  
 se aplm̄ ḡmemoratur. **I**acob; autē in  
 spiritu s̄o ḡsidenter agens om̄is eius as

sectiones euacuauit; ostendens ex scriptu-  
ris diuinis hunc esse rex dei filium. **R**ex  
suis ad hermogene philenus dixit. **I**aco-  
bū q̄ suū se christi iesu nazareni asserit &  
ap̄lm esse insuperabilem scias. **N**am in  
noie eius vidim⁹ eū demones ex obles-  
sioe corp̄is euacuatē; ceteros illuminantē; le-  
prolos mundantem. **A**sserunt etiā amias  
sini mei vidisse se iacobū mortuo susci-  
tante. **I**n **ij** **si**. **S**ed quid multis mora-  
mur. **O**mnēs scripturas scās memoerit  
retinet; ex quib⁹ ostendit nō esse alterū  
dei filium nisi hūc quē iudei crucifixerunt.  
**P**laceat q̄ tibi osilū meū & veni ad ip̄s  
et postula tibi indulgentiā ab eo. **Q**uod  
si nō feceris scias tibi artē tuā magiam  
nullatenus profuturā. **M**e autē scias ad  
ip̄m velle reuertē; vt eius merear esse dis-  
cipulus. **H**ermogenes autē hec audiens  
repletus est zelo: & ita vinctū phileni vt  
se mouere non posset. **E**t dixit ei. **V**idea-  
mus si iacob⁹ tuus soluat te ab his vincul⁹.  
**Q**uoniam philenus festinantez misit puer-  
suz ad iacobū. **Q**ui tū venisset & nūciat⁹  
set ei statim misit sudariū suū ad eū dicens  
Accipiat illud & dicat. **D**ñs iesus christus  
eugit elisos: ipse soluit compeditos. **E**uā.  
**A**ccessit ad iesū vt de scō iōanne an̄ poe-  
tam laanā. **L**audes. **V**estri capilli. **E**uā  
Tradent euz de scō christophoro hic vir de-  
